Quaestio medica Quodlib. disputationibus agit.da In Scholis Medicorum die Jouis 27. Novembris.

Doctissimo viro D. Bartholomaeo Perdulci D. M. moderatore prudentiss.

Estne melior per somnum, quam per vigilias Coctio?

Constitutio corporis humani ex adversis, sibi contraria rerum natura, quibus composita consurgit, in morbum et interitum prona, a nullis ingenitis et extra se positis interitus sui causis, plus detrimenti capit, quam a fluore stabili triplicis vix enormitatem in pari quantitatis, et qualitatis gradu firmo consistentis; verum hanc exhaustam instaurandam, animantium generi deficientis et similis appetitus est insitus. Ventriculo quidem cum penuriam sentit, ob inanitas partes, et repletionis desiderio rursus stabilem sugentes frigore ad id confederunt plurimum. ~~Coctionis~~ Caeteris vero partibus non dissimili a plantis modo natura tantum appetentes, quantum concoquunt, sic quod et solida effluxit stabilis cibus, quod et liquida potio refundit, vel aerem, et ignem respiratus ab animali facultate promanans, cordisque respondens arteriarum pulsus tradunt.

Tot munera nutritionis beneficio obit natura sagax et industria, quasi in hoc assiduis occupata quorum cognata sit et familiaris stabilis utrique generis humore nullam sui minuendi partem compleat. Sed vel tot sunt immutationis facultates quot elementares particulas, sibi ac toti similes et ex animato semine, menstruoque sanguine (cuius sola naturalis est exertio) esse proquiritas, sic multiplici alteratione omnibus nutriendis, et reiiciendis (spermaticis tamen difficilius) profutura suggerunt. Ac solidis quidem ex semine, carneis ex sanguine tale conflari alimentum coctionis opera, quale partium natura et actio a temperie dependens postulat.

Coctione immutato alimentum in propriam nutriti qualitatem elaboratur, cuius prima officina ventriculus temperie sibi insita concoctus cibus in chylum ad nutriendum inutilem, cui per mesentericas venas (per quas sanguis futurus alimento simul remeat) ad iecur ortu omnem primum traducatur, et visceris non veraneum ingenita virtute sanguinis stram adipiscatur. Tunc vero nullam nutrientis particulam, naturalisque spiritus ubique vehiculo ad singulas partes raptus convertit, nec prius in nutriendum cedit, quam exquisite coctus fuerit a calore nativo stabilis elementaris et temperato, in spiritu sanguinis nutrito insidente, et naturali suo ad exteriora et interiora motu omnia in corpore citra noxam gubernante.

Somnus facultatis animalis quies, a moderata nativi caloris ad interiora contractione conciliari solitus, sensus arctius quam motum constringit. Is ~~cor~~ longior sit producitur, ventriculo imbecillis, et frigidis, biliosis, pueris, mulieribus, crapula sepultis, litterarum studiosis, molesta vacuatione oppressis conducit. Brevior sit contradicit in humido et frigido capitis vitio, facili alimenti coctione, sanguinis abundantia crassa, et obesa mole confectis. Penitus sit arcendus fluxione ad viscera phlegmone correptis decumbentes, frigore febrili invadente, et confestim ab ingesto cibo vindeque penuria inuat. Modicis vero sit adhibetur calorem ad interiora, vel ambientis constitutio frigida cogit, nec in ventre modo, sed in toto corporis habitu coquenda subigit perfectius et humectat copiosius.

Vigilia somno in factu prior et caloris ad cerebrum sensus, motusque principium et extimas partes motione prodit. Hac interdiu facto per somnum intermissa utilitas, in calida et sicca cerebri constitutione vel pilorum ortum ista calvitium accelerant, in senili aetate, melancholici succi proventu et bilioso morbo constantior gravius quam somnus seniorum laedit, et aestate perniciosius, quam hyeme diurno somno succumbit. Eadem sicut aqua vorax et si calefacit, digerit, siccat, humores exacuit et somno molius superflua discutit. Dum tamen cum spiritu et sanguine calorem ad exteriora motum diffundit, cruditates parit, et functionum naturalium in pueritia vegetiorum robur, sicut aestas et vehementius exercitatio deiicit.

Est igitur melior per somnum, quam per vigilias Coctio.

Ponebat Joannes Beauchesne Lutetianus. 1672.

Dom. Doct. disputaturi.

M. Joannes de Launay. M. Guillelmus de Baillou. M. Ludovicus Cochin.
M. Antonius Valet. M. Martinus Akakia. M. Simon Poncet.
M. Nicolaus Milot. M. Nicolaus le Sellier. M. Nicolaus de Cormeilles.

F.M.P. BIBLIOTHEQUE